



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qualitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

174. Ad quem sede Papali vacante spectet collatio parochialium reservatarum aliàs Papæ ex eo, quòd vacant in mense Pontificio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

rari quidem posse ab urbe Romana, non tamen ab ipsa sede Apostolica, neque sedem ab ipsa Curia, ita ut sicut Curia Romana ibi censetur esse, ubi est sedes, ita sedes dicatur esse, ubi est Curia, & pro curia Romana sæpe ponatur sedes Apostolica. Lott. n. 10. citans Gemin. *in c. presentis. de preb. in 6. n. 4.* Jo. Andr. *in c. 2. tit. eod. in 6. Gl. in caput statutum. de preb. in 6. notab. 2.* atque ita malè à Barb. reprehendi Covar. dum *in pract. qq. q. 4. n. 10.* censuit sedem Apostolicam non intelligi, ubi est Papa simpliciter, sed ubi est Papa cum suis consiliariis, id est, cum sacro senatu. Lott. n. 11. hinc infero, &

4. Respondeo quartò: idem esse vacare in Curia, & vacare apud sedem; seu eandem esse vacationem in curia, quæ apud sedem. Lott. n. 14. cit. *Gl. in c. statutum. notab. 1.* Simonet. *de reservat. q. 30. n. 2.* Mandos. *ad reg. 5. q. 1. n. 16.* contra Gomes. *ad reg. de triennial. q. 31.* Covarr. *in pract. q. 36.* (ethi is *ibidem* quoque dicat contrarium esse opinionem communiorem) Gonz. *loc. cit. n. 49.* & Rotam *in una Cordub. Capellania. 25. Octobr. 1596.* quos citat Lott. n. 15. & quibus adhæret Castrop. *tr. 13. de benef. d. 2. p. 16. n. 2.* sentientes omnem vacationem apud sedem dici vacationem in Curia, sed non contra. Sic namque etiam *c. 2. de preb. in 6.* textus eandem, quam priùs dixerat vacationem apud sedem, postmodum vocat vacationem in Curia, ut etiam observat Jo. Andr. *loc. cit.* apud Lott. n. 17. Minus autem rectè dicitur ab adversariis, eam solam vacationem, quæ contingit per obitum in Curia, vel in alio loco intra duas diatas (intellige legales, quarum una continet 20. leucas, ut *Gl. in c. presentis. de preb. in 6.* seu 20. milliaria juxta *l. vicina millia. ff. si quis cautionib.* Castrop. *loc. cit.*) dici propriè vacationem apud sedem; omnem autem aliam vacationem in Curia, quæ non fit per obitum, impropiè dici vacationem apud sedem. Ex eo namque non diversificantur hæc duo: vacare in curia, & vacare apud sedem; sed solum diversificantur ipsæ vacationes, seu modi vacandi in curia, nempe per obitum & aliter, tendentes ad diversimodas reservationes. Lott. n. 18. sed & minus bene opponitur: sede Apostolicâ vacante esse adhuc existentiam ipsius sedis, & consequenter vacationem apud illam, & tamen non dari Curiam deficiente personâ principis: nam mortuo Papa non moritur, vel extinguitur jus principis, sed illud remanet vivum, nempe quoad radicem in sacro senatu; quoad authoritatem verò in ipso Christo. Lott. n. 21. & 22. Minus etiam bene opponitur, sedem ab Urbe moveri non posse, ut ipse Lott. dixerat *p. 1. q. ult.* & tamen moveri posse ab Urbe Curiam. Sedes namque Apostolica alia est spiritalis & immobilis, de qua intelligitur, quòd creditur sedem Romanam seu Ecclesiam Romanam esse Ecclesiarum omnium magistram: alia visibilis & transferibilis, nimirum sedes & thronus Principis, quem is in senatu, tanquam ejus caput habet, secundum dicta ad initium hujus q. Lott. n. 24. apud quem numeris sequentibus susè tractatum vide, an ex qualibet vacatione in Curia, vel apud sedem emergat reservatio; & num., & qualiter omnis reservatio emergens ex vacatione in Curia, vel apud sedem dicatur clausa in corpore juris, de quo nos infra p. 3.

Questio 174. Ad quem sede Papali vacante spectet collatio parochialium reservato-

rum aliàs Papa ex eo, quòd vacent in mensè Pontificio?

1. Respondeo primò: per concordata Germaniæ ibidem Episcopi, aliisque Collatores provident de beneficiis omnibus, quæ sede Papali vacante vacare contigerit, & ad eorum aliàs collationem propriè spectant. Pirh. *ad tit. de preb. n. 347.* citans Chockier *in reg. 2. Cancellaria n. 9.*

2. Respondeo secundò: vacante sede Papali etiam absolute & ubique cessare omnem reservationem mensium, ita ut Episcopi (idem est de aliis collatoribus) possint liberè conferre omnia beneficia vacantia in omnibus mensibus, idque donec novus Pontifex fuerit electus, isque regulas Cancellariæ denuò publicari, quod facere solet postredie suæ electionis. Pirh. *ibid. n. 354.* citans Chockier, *in reg. 8. n. 18.* Garc. *p. 5. c. 1. n. 643.* His consentit Corrad. *l. 3. c. 6. n. 57.* ubi ait provisionem factam ab Ordinario de beneficiis sede Apostolicâ vacante in quolibet mensè vacantibus validam esse, nisi ipsa beneficia sint aliàs affecta, & num. 58. ubi expressè: parochiales Ecclesiæ in mensibus reservatis vacantes sede Papali vacante validè conferri possunt per Ordinarium, testaturq; pluribus exemplis (utpote quæ sunt de parochiis etiã extra Curiam vacantibus in mensè Pontificio, & huic aliàs tantum reservatis) passim sic praticari approbante Dataria Apostolicâ, & variorum Pontificum Auditoribus; quin & ipso Clem. VIII. etsi fortè ad hoc malè applicet textum *c. si Apostolica. de preb. in 6.* utpote qui non loquitur, nisi de parochiis vacantibus in Curia, & vel hinc unicè aliàs in quocunque mensè vacent reservatis, ad òque tantum liberat ab hac reservatione, quæ resultat ob vacationem in Curia. de Luc. *de benef. d. 24. n. 5.* citans Barb. *in collectan. ad c. si Apostolica. in fine.* Gasp. *de Perusio de reserv. q. 5.* Garc. *p. 5. c. 1. n. 103.* contra Zerol. *in praxi p. 1. v. beneficium. s. 3.* Gonz. *ad reg. 8. s. 5. præm. n. 137.* Pax Jord. *de benef. l. 10. tit. 2. n. 57.* (quibus re ipsa consentire videtur Corrad. *loc. cit.* ut patet ex exemplis ab eo adductis) credentes dictam decretalem intelligendam generaliter & indefinite in quibuscunque parochialium vacationibus, sive in Curia sive extra curiam, sive sede Papali vacante, sive plenè vacent; sive reservatæ ob mensè Pontificum, in quo vacant, sive ob vacationem in curia, sive ob aliam affectionem: unde etiam negat de Luc. in genere beneficium (adeòque & parochiale) quod vacavit in mensè Papali, Pontifice adhuc vivente mansit improvisum, ob mortem Papæ supervenientem, posse per Ordinarium conferri eadem sede adhuc vacante (secus si vacare cepisset in mensè pontificio Pontifice mortuo, seu sede vacante) eò quòd beneficium semel reservatum vel affectum sit & maneat tale eadem sedis vacatione durante, ita ut Ordinarius in ejus provisione se ingerere nequeat; quamvis per mortem Papæ expiraret regula Cancellariæ reservatorie, quibus fuerat reservatum, citatque pro hoc Anchar. *conf. 138. n. 3.* Gemin. *conf. q. 3. n. 16.* Gonz. *cit. s. 5. præm. n. 85.* Rotam *decis. 12. de prebendis in novis.*

Questio 175. Quæ sit praxis impetrandi parochialem reservatam Pontifici, seu cuius collatio spectet ad Pontificem, qui de ea providet Oratori præviâ Ordinarii attestatione